

1771, 5
FACULTATIS IURIDICAE

AB
57.

DECANVS

ADAMVS IGNATIVS TVRIN, ICTVS,

IURIS NATURALIS, GENTIVM ET PUBLICI, NEC NON HI-
STORIARVM ET PHILOSOPHIAE PRACTICAE PROF.

PUBL. ORDINAR. BIBLIOTHECAE BOINEBURGICAE
DIRECTOR, ACADEMIAE h. t. RECTOR

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.



de poena dardanariorum

LITERIS HENR. RUDOLPH, NONNI, ACAD. TYP.

25. FESTIVITATIS TARDIGAE

DECANUS

ADAMAS IGNATIAS
TARIN. IOTAS.

LUX NATURALIS CENIUM ET PARS
STORIARUM ET HISTORIARUM TRICHOGRAPHIA PROH
PARI ORDINARIA MIRTOLOGIE BONITATRIGICAE
DIRECTOR AGABERNELE RECCTOR

TEGOTORI ETNOMAOLO

a R D



ad hanc tuncq; vobis

MILLEAE HENRI LIBYDIOE MONNI. 1710. 23.

Num quid oportanum, et si haud nouum, dicere saepe praestat?
Dicam igitur, qui sunt & quid mercantur *Dardanarii*, Peftis
reipublicae proscripta jam pridem & damnata nostris, vbi
quid valent, Legibus. Sunt aurem Dardanarii idem cum *Panta-*
polis, *Seplasaris* & *Pantometabolis*, quorum in LL. & Glossis Ve-
terum sic mentio. Nihil praeter hoc de Origine Vocis obseruar
Cuiacius. a) Aliis autem a *Dardano* quodam nomen habere viden-
tar, quem Magum, potius opiparum bellionem improbum, fuisse asse-
rit *Tertullianus*. Hinc etiam *Dardaniae artes* *Columellae* magicac
sunt;

At si nulla valet Medicina repellere Pestem;

Dardaniae veniant Artes.

Dardanius etiam ab *Apuleio* inter insignes Magos resertur. b) No-
bis dicuntur *Vorkauser*, *Aluskaufer*, *Kornjuden*, *Kornmürmer*.
In genere autem Dardanarii sunt, qui Crimen fraudatae Annonae
Merciumque contrahunt. c) Id quod tribus potissimum modis ac-
cidit. d) i. Ab his, qui soli vel adscitis sibi sociis, coemunt fru-

* 2

mea-

a) I. 10. O. 19. b) Klock Tract. Nomo-polit, de contrib., c. I. n. 356.
Stryck Diss. de Dardanariis t. 1. n. 6. Hering de fame. Annona, Dar-
danaris & aeruscatoribus in Adpend. de Molend. n. 41. add. Ioh. Ba-
din. de caritate Annonae eiusque causis. Venet. 1623. c) I. 2 ff. de
I. jul. de Annona. d) I. 6. ff. de extraord. crim. Stryck V. M. D. I.

47. tit. II. §. 3.

❖ ❖ ❖ ❖

mentum maiori Copia, ut Conciui egenti aut plane non, aut non nisi magno pretio rursus vendant. 2. Qui proprios fructus aequis pretiis vendere nolunt, dum Annonae publicam Carnatam & famem exspectant. 3. Qui falsis stateris & Mensuris in vendendis mercibus, praecipue frumentis, panibus &c. vtuntur. Hi tamen sicut inter fallarios potius referendi; ita non nisi istorum atque illorum rationem hec habemus: quorum infasti conatus a bonis omnibus nigerrimo semper carbone notati sunt. Nam qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: *Benedictio autem super caput videntium.* e) Et nihil, vt D. Gregor. Nazianzenus Orat, funebr. Basili M. dicit, *grauius acerbiusque est ius, qui vi famem negotentur atque ex aliorum calamitatibus messem faciant, temporum difficultates obseruant.* Adeo vero non solum variis Constitutionibus, sed & justo Dei iudicio poenis praesentibus interdum in hoc vita adhiciuntur Dardanarii & Monopolistae. f) Ita enim Galba, tunc Africæ adhuc Proconsul, militi, qui per Expeditionem annona arctiore, residuum cibarium, Tritici modum, centum denariis vendidisse arguebatur, veruit, simul atque indigere cibo cepisset, & quoquam opem ferri, & is fame extrahuit. g) Diu ante eum de frumento ex Sicilia romam aduenito in Senatu ageretur, an gratis, an vili, an magno pretio daretur? *Martius Cariolanus* aduersus plebem grauem sententiam dixit: nihil per largitionem effici: satius esse, hanc vel cariore annona domari ac reprimi, vt fiat ex necessitate modestior. Quia sententia, quasi contra populum concelebasset, dies *Cariolano* dictus, quo in perpetuum urbe exulare jussos est. h) Praesernum in Viris primi in re publica Ordinis, quo frequentius admissum, eo detestabilius visum semper est hoc crimen. *Cum annonam,* inquit Lampridius, *vastarent* bi, qui tunc rempublicam gerebant, etiam *Inopia* ingens romas exorta est, cum fruges non defessent. Et Plinius *Nat. Hist.* l. 8. *Magnum ibi lacrum* fraus monopolio inuenit: *de nulla re crebrioribus senatus consultis, nulloque non principe adito querimonitis provincialibus.* Id circa eum, *admodum* superabat. *Quod ab aliis* invenimus ab *Plaut.* *admodum* aliis ab *nib* qui

e) *Prov. 11. v. 26* sec. vulgata. f) *Lather* l. 1. *de censu* c. 7. n. 83.

g) *Sueton.* in *Galba.* c. 7. h) *Plutarch.* in *Cariolano.* *Dion.* *Iul.* l. 7.

qui Annonae praesit, magna circumspicere oportet prudentia, ut hos
scopulos cuiter, quando Egestatis & Inopiae procellae irruunt. Eo
fine cuilibet Domino, etiam Magistratui inferiori, statutum facere
permisum est, ne frumentum aliaeue res necessariae ad hominum
conseruationem ex Territorio ad exteriores echantur. Talia enim
statuta favore publico subsistunt, neque conduntur, ut exteriores amicos
laedamus, sed ut patriae Ciues conseruemus & ne pauperes fame
pereant. *i)* Alterum est, ut premium frumenti ceterarumque re-
rum, quarum consumtione viuitur, a Magistratu tempore penuriae
statuatur. Qua tamen taxatione subditi ita gubernari ac contineri
debent, ut nec nimia pretii Exigitas otiosos faciat & luxuriantes cul-
turaeque agrorum contemtore, nec tantus eiusdem Excessus ad pau-
periorum iustitiam, *nam dura cogit quidlibet & facere & pati. k)*
Verum tamen saepe inuesti semel & giscunt *no* in republika malo
remediis aduersus Dardanarios seuerioribus armantur LI. nostrae.
Poena frandata Annona, ut *Vlpianus* ait in l. 2. ff. de l. jul. de Anno-
na, est aureorum viginti. Oppido leuis, si ad Improbabilitatem facino-
ris respicias. Sed recte simul ex l. 6. ff. de extraord. crim. colligi-
mus, praeter hanc mulctam eo amplius reos extra ordinem puniri
posse pro qualitate maleficij, vel relegatione vel ad opus publicum
damnatione. In his propter grauitatem circumstantiarum, veluti si
diu & ingenti cum Civitatis periculo annona fuerit flagellata, ita ut
hominibus quibusdam ob caritatem pereundum ideo fuerit, poenam
hanc ad ultimum usque supplicium exendi posse Doctores statuunt. *l)*
Non quidem, quasi Extensionis huius ratio ex Art. 113. C. C. C. re-
ste satis petatur; *m)* sed quia in genere ob Magnitudinem reatus etiam
in Criminibus extraordinariis quibusunque poenam capitalem irro-
gare judicis potestate hard excedit. *n)* Iure germanico antiquo

* 3 in

i) Menoch de Arbitr. jud. I. 2. Cent. 6. cas. 585. n. 10. *k)* Klock l. c.
n. 367. *l)* Stryck. V. M. D. I. 47. Tit. II. §. 7. *m)* vid. Meister.
princ. iur. crim. f. 2. pac. 3. c. 14. §. 5. *n)* l. 13. ff. de poen. l. 9.
de extraord. crim. Ant. Matthaei de crim. Prol. c. 4. §. 11. De Baer-
mer in Med. ad C. C. C. Art. 105. §. 8.



in regula poena obtinuit hic Corporis afflictio vel multa. ^{o)} Nu-
viore est Confiscatio bonorum, non tantum defraudatione corraso-
rum, sed etiam aliunde acquisitorum, juncta relegatione. ^{p)} Enim
vero in variis Germaniae Provinciis Ordinationes extant saluberri-
miae, quibus Dardaniorum coercetur destabilis ex publica Mis-
eria locupletandi ratio. ^{q)} Nunc autem Cathedrae Ictorum accin-
gendus est

PRAENOBILIS ET CLARISSIMVS DOMINVS
CAROLVS AVGVSTVS IANVS,
EV DISSA LVSATVS
SERENISSIMI PRINCIPIS ET ECTORIS SAXONIC IN EXERCITV
PEDESTRI FRAETOR CASTRENSIS,

qui vitae ac studiorum suorum Curriculum pro More Maiorum
publice recensendum ipse metu Ordini nostro hunc in modum tra-
didit;

Natus sum Budissae Lusatiorum die XI. Martii anno MDCCXLIII. Pa-
rentes viuos adhuc veneror CHRISTIANVM FREDERICVM IACOBVM
IANVM Curiæ supremæ in Lusatia Super: Cancellarium S
CHRISTIANAM HELENAM egente KESSLERIA. Prima Parentum erat cu-
ra ut a primis incunabilis me religionis sacrissimæ Principiis inbuerent.
Quo feliciter peracto, ad musas mansuetiores transgressus, praeceptoribus-

^{o)} Sächs. Weichb. Art. XIX. Wokäuser oder Markethöcken, daß sie
rechten Kauf geben und misshet Ir einer wider ir gesetzt Recht,
der wettet darumb haut und haar oder eine windische March,
das sind XXX. Schilling. ^{p)} Ref. polit. Imp. de Anno 1518. Tit. 18.
item de Anno 1577. Tit. 18. ^{q)} Ita in Sax. Elect. extat Ord. prouinc.
de Anno 1585. Tit. von schädlichen Wokäusern. Mand. El. de Anno
1617. vom Ver- und Aufkauf des Getreydes. In terris Electoral.
Lüneburg. Edictum D. Georg. Ludov. de Anno 1699.

que priuatis, inter quos singularis honoris gratia, GEORG. HENR. LEONHARD nunc Serenissimi Principis Electoris Saxonici Senatus Sanctoris, Secretarium, nec non amatissimum Dn. SCHWARZ, Philos. Magister, nominandos duco, usus sum. Expleto XIVto aeratis anno Gymnasi, quod Budissae floret, anno MDCCCLVII. rem tunc temporis M. DANIELE FRIEDERICIO IANO Gymnasi Conrectore celeberrimo, auctor inter coelites pia adhuc mente colendo, moderante, petii, gratoque animo, & maxima cum Veneratione, non eius solum, sed & CHRISTOPHORI IEREMIAE ROSTII, Gymnasi Budensis Rechoris celeberrimi, disciplinam reveror atque doctrinam. Elapso quinquennio, suadente atque iubente optimo Patre, Lipsiam me contuli, ubi die XXIX. April. av. MDCCXLII. ill. Dn. CAROLVS ANDREAS BELI. V. D. Secr. P. Fleiß. SAX. Consiliarius Curiae & Poef. Prof. publ. Ord. tunc temp. Rechor Magnificus, in numerum Ciuium academicorum me recipiebat. Hac in celeberrima Academia Cel. Dn. WINCKLERVS me Philosophiam, Dn. PORTZIUS Mathefin, ill. Dn. SAMMETIVS I. V. D. Ius naturae docuit; in Historia ill. Dn. BOEHMERVM audiui. Praelectionibus vero in Inst. Iur. Pandect. Doctr. Ius Canonicum, Criminale, & Cambiale, Praenob. Dn. BREVNINGII I. V. D. interfui. In Iure Germanico ill. Dn. WIESANDIVM I. V. D. in Feudali vero ill. FRANCKIVM I. V. D. duces secutus sum, ut & dicti WIESANDI & ill. SEGERI I. V. D. Exercitationibus interfui disputatoriis. Elapso triennio ad Patrios redii Lares, ubi post semestre & quod excurrit spatium die XXVIII. Febr. MDCCXLVI. officium Praetoris castrensis in legione quam vocant Thibiana pedestris Exercitus ser. Princeps Elector Saxonici mihi demandabatur. Denique jurisprudentiae studium eiusque honores integrimos maxim faciens, ut voti mei compos fierem, celeberrimam, quae Erfordiae floret, Academiam eo fine adiui.

Itaque ad publica specimena studii sui legalis Nobis edenda admis-
sus, enodatis, quos Ei transmisimus ex vitroque jure texibus exan-
tatoque Examine rigoroso eum sepe praestitit, quem ad summum in
jure

¶ ¶ ¶

jure gradum, ut adscenderet, dignissimum judicauimus. Proinde proximo Martis, qui erit 22. Octobris, horis locoque consueto pri-
mum Lectionem, quam vocant, cursoriam in l. cum in testamento
37. ff. de Hered. insit. habebit eaque finita Dissertationem suam in-
auguralem.

DE

**QVAESTIONE IVRIDICA, AN POSSESSOR
PRAEDII LASSITICI CAVTIONE PRO EXPENSIS
ET RECONVENTIONE LIBERETVR?**

Pro capessendis supremis in jure honoribus publice propugnabit.
Quos Actus ut Reuerendissimus & perillustres Dominus Procatellarius Noster, Perillustres ac generosi D. D. Barones, Vniuersitatis Proceres ac Ciues Academicci omnes, ut splendidissima praesentia ornare velint, pro ratione Officii mei opto rogoque. Publicatum sub Sigillo Facult. Iurid. Die 19. Octobr. MDCCCLXXI,

L. S:

Erfurt, Diss., 1770-73

f

ULB Halle

004 176 472

3



Sb.

W 18



1771,5
FACVLTATIS IVRIDICAE

AB
57.

DECANVS

ADAMVS IGNATIVS TVRIN, ICTVS,

IVRIS NATYRALIS, GENTIVM ET PUBLICI NEG. NON. 11.

STORIARVM ET PHIL.

PUBL. ORDINAR. BIBL.

DIRECTOR, ACA.

LECTOR.

S.



de poena

LITERIS HENR. RV.

